



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 79. Cardinalis Tridentinus de violata induciarum fide questus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI  
A.C. 1557.

„romanduenſi ditione captus fuit Jaco-  
„bus de Flectia celebris caſtrorum Me-  
„tator, qui habita quæſtione faſſus eſt,  
„quod a Sabaudix Duce auro corruptus,  
„atque ab eodem miſſus fuerit, ut in  
„Regni finibus munitiores urbes Mont-  
„rolium, oppidum S. Quintini, Dur-  
„lentium, & Mezeriam exploraret.

§. LXXIX.

*Cardinalis Tridentinus de violata in-  
duciarum fide queſtus.*

*Beicar. &  
Thu. l. c.*

**N**ondum de Duaceniſis urbis invaſione,  
ac Lentii deprædatione fama per-  
crebuerat, cum jamjam Guiſii Ducis  
exercitus Valentiam occuparet, qua-  
propter Cardinalis Tridentinus Medio-  
lani Gubernator quemdam ad hunc Du-  
cem ablegabat, qui captam urbem re-  
peteret, eoquod durantibus induciis  
expugnata fuiſſet: Verum ad hæc re-  
poſuit Guiſius: „violatæ ſunt prius a  
„Cæſarianis induciæ, diſpoſis contra  
„Gallos ſclopetis, ac plerisque ſaucia-  
„tis: præterea Pontificis hæ, non au-  
„tem Regis copiæ ſunt, & utique huic  
„licitum eſt, eoquod iniquo bello in  
„Italia ab Hiſpanis opprimeretur, cum  
„iis hoſtiliter agere: ſi vero aliud præ-  
„ſtolari vis reſponſum, cum ipſo Papa  
„conferre, atque apud ipſum conqueri,  
„& ea, quæcunque expedire videbuntur,  
ab

„ab eo petere tibi integrum est., Sæcul. XVI.  
A.C. 1557.  
 Dato hoc responso Guisus eodem, ut  
 cœperat, furore debachari continuabat,  
 & Brissacus Marefcallus, quem Dux in  
 Pedemontio cum quibusdam copiis re-  
 liquerat, in eam abibat sententiam,  
 quod ad Hispanos ex Pontificia ditio-  
 ne, quantum fieri poterit, abigendos, quam  
 maxime expediat, si Mediolanum bel-  
 lo peteretur, cum illa regio præfidiis  
 ferme nudata, urbesque parum mu-  
 nitæ essent, ita, ut etiam Mediolanen-  
 sis arx quamvis oppido firma, nullo  
 tamen negotio in potestatem redigi  
 posset, priusquam hostis auxilia latu-  
 rus accurreret, præcipue cum Salvai-  
 sonus Mediolanensis Gubernator clân-  
 destina foveat consilia, eaque omni fer-  
 me momento in apertas flammæ in  
 Alexandrina urbe erumpere crederentur.  
 Denique affirmabat Brissacus, quod Nea-  
 polis Regnum nullo pacto expugnari  
 possit, nisi prius Mediolanum subigatur.

## §. LXXX.

*Guisus Dux Neapolis Regno arma  
 inferre constituens.*

Equidem hoc consilium oppido sanum *Belcar.*  
 omnino sequi oportuisset, verum comm. l. 17.  
num. 41.  
 Cardinalis Lotharingius Ducis frater, Pallav. hist.  
Conc. Trid.  
 qui totum Neapolis Regnum spe sua  
 jamjam devorasse videbatur, necnon l. 14. c. 1.  
Cardi-num. 4.